



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

In hac quæstione utrùm per vsuram transferatur dominium an magis
standum sit opinioni Canonistarum, qua[m] Theologorum. Cæteris
paribus, & de proficua quæstione qui contractus initi cum vsurario sint ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

In hac questione utrum per usuram transferatur dominium an magis standum sit opinioni Canonistarum, quam Theologorum. Ceteris paribus, & de proficua questione qui contractus cum usurario sint validi, aut non, de genero, famulis, liberis, & core, ab usurario stipendium, & sustentationem accipientibus.

CAP. LXXXI.

Ad huc & alia scitu necessaria dubia ex supradictis fundamentis, scilicet quod in usurarium non transferatur dominium persequi necesse est. Nam secundum Divum Thomam ex predicto principio non sequitur quod usurarius teneatur restituere, quod de pecunia usuraria iusto lucro lucrifecit. Nam revera id non tenetur restituere, quia ratio Divi Thomae id convincit, quia si pecunia, & quaecunque alia res ipso usu consumptibilis res ex se usufructum non habet sicut domus, vel ager, vel res non usu consumptibilis solet habere, quare ergo tenebitur restituere id lucrum, quod suae industriae adhibite in negotiando debetur. Igitur non hoc lucrum, sed damnum emergens, vel lucrum cessans, si quod domino ex tali retentione, vel acceptione pecuniae iniusta obvenit restituere debitor, vel usurarius tenebitur.

Hinc iam ex predicto principio liquet falsum propositum assertum Navarri, cum ait dominium rei per usuram lucrifacite, id est acquirite transire in usurarium, quia falsa est glossa illa capit. si quis usuram. 14. q. 4. quam sequitur, quia est devaluativa illius textus, quod si verum in aliquo casu habet, est, ut diximus in casu quo bona usu consumptibilia usurarie accepta, sunt iam confusa & permixta cum aliis propriis bonis usurarii usu consumptibilibus eiusdem speciei. Secus si sunt, aut permanent immixta, prout praediximus ex sententia Sylvestri. *a Navar. Sum. Lat. cap. 17. nu. 265.*

Sequitur etiam esse corollarium falsum, quod Navarri sibi infert ex predicto principio, ubi ait, quod dominium rei venditae per usurarium transit in emptorem, ita quod non potest auferri ab eo, qui solvit usuram pro earum restitutione, quia si loquitur de ipsa re in se usuraria, & usurarie accepta qualis est domus, possessio, vel equus ut *b Sylvest. verbo, usu. ra. 6. §. 1.*

significare videtur, suum istud dictum procul abesse
 vero, quia quidquid dixerit Panormit. cum communica-
 nonistarum in cap. cum tu. sufficientissime patet in con-
 scientia, & in iure naturali secundum Diuum Thomam
 suum fundamentum esse falsum, scilicet quod per tra-
 ditionem usurariam transfertur dominium. At in his
 quæ pertinent ad ius naturale, & diuinum quando ap-
 tetus in contra non extat textus, potius ascultandum est
 Theologis, quam canonistis, & potius Theologis an-
 tiquioribus, & grauioribus ceteris paribus, at quæstio hæc
 virum per traditionem usuræ trāsferatur dominium magis
 iure diuino, & naturali, & ratione naturali venit deciden-
 da, igitur eius diffinitio magis ad Theologos pertinet
 quam ad iuristas.

¶ Cū igitur grauiores, & antiquiores Theologi sunt
 cū D. Tho. Caiet. Soto, & Syluestro, & aliis Thomistis
 neant in hoc casu dominium non transferri, idque iura-
 tionibus moraliter euincant, sequitur quod si usurarius
 usuraria non sit dominus, sed semper manet aliena, si
 vendiderit, perinde est, ac si fur rem venderet alienam,
 ideo qui eam soluit pro usuris, poterit in conscientia re-
 cuperare ab emptore pro usurarum restitutione.

¶ Sed verum est quod ibi addit Nauar. quod mutua-
 rius potest recuperare rem, quam pro usuris soluit us-
 rario si penes eum est, imo etiam si penes alium fuerit
 titulo gratuito translata, si loquatur de re vsu consumpti-
 bili vt pecunia, casu quo desunt usurario bona ad resti-
 tuendum, tunc in isto ultimo puncto verum dicit. Si autem
 de re non vsu consumptibili vt de equo, domo usuram
 acceptis, verum etiā dicit in hoc quod dicit quod eā soluit
 potest eā recuperare etiā si penes alium fuerit titulo gratui-
 to, sed falsum innuit in hoc quod significat quod si titulus
 oneroso, tales res non vsu consumptibiles, vt domus, fru-
 dus, equus essent translatae in alium per usurarium, cū essent
 ab ipso usurarie acceptæ, solutor, qui eas soluit non potest
 illas ab isto tertio recuperare, quia cum res sint, quæ tran-
 sferuntur, quoad dominium penes talem solutorem usuræ, quæ
 res suas in specie manentes non poterit recuperare.

¶ Addimus tandē cū eodē Nauarro quod ab omni iure
 est receptum quod usurarius non videtur acquirere domi-
 nium

c. l. si
 me, & Ti-
 tum. ff. de
 reb. cred.

num pignoris sibi pro forte mutui & debito fortis talis, & vsurarium dari, quia nec dominus per hoc qd illud impignorat dominium perdit, etiã si amiserit illud ob nō solutionē vsurariū, secundū mētē Scoti a cōmuniter recepti.

d Scotus
4. dist.

¶ Sed iā quæstio illa proluxa plura inuoluēs dubia hic obuiat de cōtractibus initis cum vsurario an sint validi, vsurariū si vsurarius vēdat, emat largiatur munera, dotet filiā, stipendia famulis persoluat, si victui necessaria emat, valeat hęc omnia contrahat. ¶ Ad hanc quæstionem responsio nobis, sunt hęc rursus commemoranda fundamenta certissima, scilicet quod vsurarius non fit dominus rei vsurariæ acceptæ, siue res sit non vsu consumptibilis, siue consumptibilis vsu, vt vinum, pecunia, & quia esto heret dominus cum teneri ad vsuras restituendas, nemo est qui ambigat.

Q. 1.

¶ Supposito etiã, quod vsurarius tenetur restituere nō solum possessionem vsurariæ acceptam sed & fructus eius, quæritur clarioris ordinis gratia de singulis cōtractibus & primò de mutuatione, an qui mutuat vsurario possit ab eo mutuū recuperare. ¶ Atque vt in omnibus expediendis quæstionibus ex aliquo principio vniuersali, & certo procedamus, pro principio certo stabilendum est, quod ad irritandum cōtractus cum vsurario initis secundum Sotū eo coniciendus est oculus, virum per ipsum cōtractum substantia vsurarij fiat minor, quã quæ ad soluendum debita sufficiat, vel nō, nã iuxta hoc statuitur regula generalis, scilicet quod ab vsurario pecuniã vsurariam, vel quidquam aliud non in specie restituendum emptione, vel quocunque alio cōtractu recipiens tutus manet in cōsciētia, si vsurarius illa ratione impotens nō fiat ad soluendum debita, vel vsuras, quia vsurarij omnes cōtractus sunt validi iure naturæ, per quos non fit impotens ad soluendum vsuras. Et idem dicendum est prorsus de cōtractibus initis cū debitoribus solum possidentibus aliena, aut licitè acquisita, omnia tamen obnoxia restitutioni priorum debitorum.

c Gabriel.
in 4. dist.
15. q. 2. coi.
31.

¶ Igitur ad quæstionem propositam de mutuã vsurario, his præmissis, dico primum cum Gabriele & cum Sylvest. verbo vsura. 8. q. 7. Siue sit quod mutuatur ei quæ scit esse vsurariū in fines malos, aut vanos, nō potest licite ab eo recuperare mutuū solutionem

solutionem, si ex ea solutione facta impotens fuerit restituendas vsuras. Pater, quia qui mutuat ad malos fines non habenti unde sua debita soluat, dignus est, cui non solvatur si tali facta solutione alius debitoribus prioribus non potest solui. Hanc sententiam responsivam caure.

g. Nauar. uar. & limitat esse veram in conscientia in casu quo debitor Sum. Lat. ta omnia essent æquè privilegiata, sed certe debitum va e. 17. nuu. rarium respectu creditoris mutuantis scienter vsurarium ad vanos fines, & scientis impotentem inde fieri ad restituendum ex solutione sibi facienda, magis privilegiatum est quam debitum illius mutui, quare videtur prius solvendum, quia istud secundum debitum fuit etiam contractum illicite cum tali scientia.

264.

¶ Insuper & sigillatim de contractibus emptionis, vel venditionis ubi quis contrahit cum vsurario ei vendens, vel ab eo emens, an sint validi dicendum quoque nobis est. ¶ Igitur de his dicimus primò, quod qui emit ab vsurario eandem rem numero, & specie vsurario vsurarie venditam, tenetur eandem etiã si sit frugifera, cum fructibus restituere, seclusis tamè expensis, deductisque laboribus, si quos subiit talis emptor in fructibus colligendis. Pater, quia cum eius rei vsurarius non acquirit dominium, nec etiam in emptorem eius dominium transferre potuit, ideo tanquam res aliena ab emptore restituenda est domino simul cum fructibus.

¶ Secundo dicimus, si vsurarius habeat alias possessiones siue licite acquisite, siue pecunia vsuraria empta, tunc potest quicumque emptor pretio iusto illas sibi comparare. Pater, nam cum res istæ non sint in se alienæ, sed obnoxie sint restitutioni vsurarum: iniuria non inferuntur creditoribus. Quia eas emendo emptor vsurarium impotentem ad restituendum vsuras non efficit, cum solvendo pro eis pretium suppeditet, unde solvendo vsuras esse possit.

¶ At verò quamvis hæc recte dicta sint: sed de contractu venditionis peculiare se offert dubium an vsurarius, vel alius debitoribus non habentibus nisi aliena bona, aut obnoxia restitutioni, nostras venales possimus offerre dominum, vel possessiones in earum pretium, accipiendo pecuniam, quæ vsurarie exegere? ¶ Dicimus ergo hic non nihil difficultatis magis inesse, nam Sorus de iustitia &

que, talem venditionem concedit esse licitam sua persuasione, scilicet quod hinc ex tali emptione possessio, vel domus, quam vsura vsurarius pecunia vsuraria emit, non sit impotens ad vsuras soluendas, cum inde sibi parte diuitias vnde cum respuerit soluendo esse possit.

¶ Sed hæc assertio nõ est tam certa, nam Canus in refectione, quam dictauit de Indis id licere inficiatur, quia licet meam possessionem dum emit vsurarius, re accipit, vnde rursus eam vendendo, recuperare inde pretium, vnde soluat possit, sed negari non potest, quin aliquomodo minus aptus fiat ad restituendum, quia in procinctu habens pecuniam ad manum, pro restitutione facienda, si velit, eam pecuniam vsuraria dum soluit pro empta domo, sit sane vt iam non habeat ad manum, neque tam in promptu, vnde restituat. Vnde ex complacentia domus empta sit tardior ne eam vendat ad restituendum, quantum Sotus quoque pro se allegare possit, quod forsitan vsurarius illam pecuniam insumpturus erat in vsus vanos, vnde impotens fieret ad restituendum, securiorq; proinde videtur ex hac venditione possessionis facta vsurario fieri postea ad faciendam restitutionem.

¶ Igitur existimo opinionem Cani securiorẽ esse ante factum, maxime cum vsurarius non habebat animum omnino auersum à restituendo, sed neque illam pecuniam prodigere, sed seruare parabat. Sed opinio Soti toleranda est post factum maxime, si in maiorem securitatem substantiæ vsurarij cessisse istud factum videatur, quia alias illam pecuniam prodige erat distracturus.

¶ Ultra hoc etiam nobis dubium facessit questio hæc, scilicet de videntibus vsurarijs vsu cõsumptibilia puta victui, vestituique necessaria, isti an teneantur pretium pro his sic acceptum creditoribus vsurarij restituere. ¶ Sotus ad hoc videtur affirmatiuam tenere dicens casum esse contractum cum vsurario inquit, vbi stipendia famulis prestoluant, vbi filiam doret, vel victualia emat, quæ certum est ab ipso consumenda fore: quando inde sit impotens ad vsuras soluendam, vide ergo inquit quantum periculi sit cum vsurarijs, atque alijs, qui creduntur non alia bona possidere, quã illicite acquisita huiusmodi contractus inire.

¶ Vt igitur distinctius, & limatius illucescat veritas dicimus

Q. 3.

h. Sotus de
iust. et iur.
re. lib. 6. q. 2.
1. art. 4.

ei primò, quod venditores illi, qui vsurarijs, vel debitoribus, qui omnia, quæ habent in bonis sunt restitutoribus obnoxia, vsu consumptibilia statim consumenda, maxime ad luxum, & pompam vendunt scientes, vel debent scire, eos inde impotentes, ad persoluendas vsuras, vel debita efficere: sic acceptum pretium ab his vsurarijs, vel debitoribus, creditoribus eorum restituere tenentur. Patet ex iure, de his quæ in frau. fiunt cred. Quia id scilicet in fraudem, damnûmque creditorum vergit, dom. restitutoribus eis debitam ex inde impossibile reddunt.

¶ At etiam de famulis vsurariorum quoniam non iam distincte est sotsus ibi locutus dicimus secundo per distinctionem absolventes quæstionem, scilicet quod dupliciter sunt famuli vsurariorum, vel debitorum nihil aliud quam obnoxia restitutioni habentium; alij qui solum eis famulantur ad fastum, & pompam, & nihil eis per suum famulatum afferunt utilitatis, aut commodi temporalis, quo substantiam vsurariorum augeant, vel conferunt, & id rescierint aut rescire debuerint, quod sic ab illis accipiendo stipendia, impotentes eos efficiunt ad restituendum vsuras vel alia debita, tenentur tunc creditoribus talium vsurariorum, vel debitorum pretium sui stipendij in ea quantitate restituere, in qua fecerunt eos impotentes ad restituendum. ¶ Si vero famuli eiusmodi sunt, qui suorum dominorum vsurariorum, vel alieni debitorum per suam industriam, & laborem, facultates adaugent in rata quantitate, vel maiori quam est quantitas mercedis, quam per famulatum accipiunt, nihil tenentur restituere de ea mercede, quam accipiunt. Patet, ex Conrado in de contractibus, non enim impossibilitant isti dominos suos ad restituendum.

¶ Et idem putat Conradus dicendum, & eodem modo distinguendum de artificibus conscientibus, hisque vendentibus utensilia, si ea sint pro conseruatione substantiarum vsurariorum, vt si construât eis domus, seras ferreas, ob portas, arcas pro custodia rerum, licite ab his petunt horum pretium, quia hæc utensilia portæ, arcæ, seræ, tunc vsu ipso consumptibilia sunt statim, vel consumenda, tamen si pro custodia rerum sunt vsurarij, non pro earum dissipatione. ¶ Secus esset, si artifices tales scilicet viderentur

et inutiles, & futes nihil deseruientes, nisi ad luxū, quia que scientes, vel scire debentes eos ad restituendum impotentes facere vsurarios, preter pro his accepti ab eis sunt debitoribus, quia tenentur restituere id creditoribus.

Præterea licet per ea quæ dicta sunt conijcere lector possit, quid sit dicendum de ducente in vxorem filiam vsurarij & accipiente in dotem talia bona vsuraria, vel restitutioni obnoxia: sed tamen clarioris resolutionis gratia respondemus in speciali sic, quod si gener ducens filiã vsurarij, aut debitoris omnia bona habentis restitutioni obnoxia accepit in dotem bona vsuraria, vel licite acquisita, obnoxia tamen restitutioni, sciens vel scire debens per talem acceptionem dotis, se facere impotentem ad restituendum suum socrum tenetur ad restitutionem sic accepti in dotem. Si autem nesciebat, neque scire debet se causare huiusmodi restitutionis impotentiam secundum Nauarrum in tractatu de redditibus ecclesiæ non tenetur huiusmodi bona vsurarij in dotem accepta restituere, ita Nauar.

¶ Quam ego sententiam Nauarri limitandam duco iuxta principia præiacta, quod sit vera, quando illa bona non erant in se vsuraria: sed alias licite acquisita, licet obnoxia essent restitutioni, quia si illa bona in se sint vsuraria, id est vsurarie accepta, cum sint aliena, neque eorū in vsurarium transmissum fuerit dominium, neque eorū dominium quantum attinet ad forum conscientie in generum traducere potuit: vnde si hanc impotentiam ad restituendum postea nouerit gener, tenebitur ratione rei acceptæ etiam si bona fide, & ignoranter acceperit restituere dotem.

¶ At ne nihil hic desit, quod merito desiderari possit, an filij vsurariorum, vel debitorum nihil præter bona restitutioni obnoxia habentium, possint ex huiusmodi bonis sibi victum capere, quæritur: at Nauar. sine dubio asserit, quod filij quia aliter viuere non possunt, de bonis eisdem vsura acquisitis, quorum dominium in vsurariū non transit, qualia sunt pignora frugifera, sine obligatio-
ne restitutionis viuere non possunt, tamen de alijs bonis etiam vsurarie acquisitis à patre, si alia non suppetant bona, viuere possunt tantum decenter, iuxta statum patris: sed

i Nauar.
Sum. Lat.
c. 17. num.
269. &
270.

tris: sed non sumptuosius, & hoc sine obligatione restituendi tempore opportuno neque inducendi patris restitutionem, neque custodiendi, aut augendi per suum laborem bona paterna, vt possit restituere.

¶ At idem prorsus censet dicendum idem Nauarro de vxore contra Syluestr. ^k & contra Cardinalem in Clementi. i. q. 8. de vsu. & contra Imolam in eadē Clem. 55. quorum sententiam solum ad sustentationem ex pignoribus frugiferis vsurarie acceptis restringit vel ad sustuosam sustentationem ex bonis alijs vsurarijs, ut necet contra Caiet. in sum. verbo. restit. his innixus rationibus, primò quod vsurarius licet pignoris pro mutuo non fiat dominus, fit tamen dominus rei sibi in vsu data. Poterit ergo ex re cuius fit dominus vxorē, & filios aliunde sustentationem non valentes obtinere alere, & maxime si talis vxor, quæ est mater eius sibi orum dote artulit, tunc inde poterunt, tam ipsa quam filij alimenta capere. Nam dos est ad sustinenda onera matrimonij, inter quæ alimenta vxoris, & liberorum computantur.

¶ Item secundo, quia tantum obligatur maritus ad vxorem, liberosque ratione naturali sustentandos, quantum ad vsuras restituendas. ^l

l arg. l. a fid. 15. qui pot. in pign. hab.
 m l. si quis a liberu. §. sed si filius ff. de liber. agnos. end.
 ¶ Igitur quo veritas huius dubij pateat respondetur per sequentia dicta, primo quod filij vsurarij, qui alij seruiendo victum quærere possunt, non possunt de bono vsurarie acquisitis, victum quærere, nisi seruitia patris id mereantur. Hoc dictum pater ex Nauarro quia ad sustentandos pater non tenetur. ^m & in hoc conuenit cum Nauarro. Diximus nisi seruitia patri impela ad mereantur, quia si famuli, vt prædictum est, seruitia contentia ad augendā, custodiendamq; rem vsurarij impudentes, merentur victum, & mercedem: ergo filij, & similia seruitia vtilia exhibentes alimenta saltem merebuntur. Secus est, si huiusmodi filij aliunde sibi victum quærere potentes, solum seruiunt ad mensam, vel ad alias res futiles nihil vtilitatis rei familiari afferentes.

¶ Secundo dicimus vxor, filij, & serui sub potestate vsurarij, vel patris familias non habentis nisi bona paterna, vel bona vsuraria constituti in extrema necessitate citè possunt comedere, & vestiri pro necessitate sua huiusmodi

huiusmodi bonis alienis, vel vsurariis. Hæc est sententia Caietani in summa verbo restitutio, quia extrema necessitas caret lege.

¶ Tertio dicimus vxor quæ sufficientem asportauit dotem, ex bonis licite acquisitis ab vsurario obnoxio restituitur licite potest pro se, & suis filiis, etiam extra extremam necessitatem, congruam suscipere sustentationem, sine vlla obligatione restituendi aut amplificandi rem mariti, & in hoc verum habet opinio Nauarri, quia ratione dotis acceptæ vsurarius, aut debitor alieni tantum, vel magis obligatur ad alendam vxorem, & filios sub sua potestate constitutos, quantum ad persoluedas vsuras, vel debita.

¶ Sed quid si vxor non attulit dotem neque filij, qui sunt sub potestate patris vsurarij, nec ipsa incumbunt ad sustentationem rei familiaris, eiusve augmentum, an sine obligatione restituendi possint ex bonis vsurarijs, aut licite acquisitis obnoxio tamē restitutioni vsurarum victum sibi capere, in hoc puncto totalis pender inter Nauarrum solum ex vna parte, & Caiet. Syluest. & alios ex alia.

¶ Igitur vt omnia sufficienter discernamus, & discordes, si quomodo poterimus componamus. Dico quarto, quod vxor, & filij etiam sub patria potestate constituti, quando mater eorum non attulit sufficientem dotem, & neque ipsa, neque ipsi vtiliter gerunt negotium creditorum, sua industria, fauore, vel labore cōseruantes, vel augentes rem familiarē patris, nequeunt ex ipsismet pecunijs vsurarie acceptis à patre, etiam si non habeant vnde sustentari possint sibi victum capere, quin maneant in obligatione restituendi, cum sui fuerint facti iuris, ita dicimus cum Syluestro & Caietano, quia non est æquum sed contra ius naturale est de re aliena cum iactura domini, sine intentione restituendi etiam in graui necessitate velle alimentari.

¶ Sed adhuc pressius dubium vrgemus postquam sine obligatione restituendi in prædicto casu de bonis in se ipsius vsurarijs, vxorem, & filios sustentari non posse, diximus, an saltem de alijs bonis paternis, obnoxio tamē restitutioni vsurarum licite acquisitis vxor non afferens dotem, liberique sub potestate vsurarij patrisfamilias constituti non habentes aliunde alimentum, sine obligatione

II. Pars. F. L. Lopez instr. Conf. K restituen

restituendi possint inde alimoniam capere postquam rem familiarem in nihilo bonificant sed potius edentes, & uentes inde, extenuat rem familiarem, & quidem videtur quod possint sine tali obligatione, quia hic vrgetur ratio Nauarri: tantum etenim, vel magis ex iure naturali tenetur pater familias vsurarius vel alieni debitor ex bonis licite acquisitis alere liberos, atque vxorem, quantum & vsuras, vel debita soluisse. Certe res est anceps. Igitur ne insoluta quaestio vbi perplexior apparet, relinquamus dico quinto, quod adhuc loquendo de vxore, vbi non attulit dotem, nec rem mariti sua industria auget, sine obligatione restituendi non potest ex bonis, licite acquisita a marito durante matrimonio obnoxia tamen restitutioni debitorum vsurari ali. Et pater, quia si sine ipsius vxoris industria, per industriam mariti res familiaris durante matrimonio multum fuisset adaucta, & multiplicata, inde secundum leges Hispaniae, licet post mortem mariti portio suam ex bonis lucrifactis excipere medietatem, id tamen ei non permittitur, nisi solutis prius debitis durante matrimonio contractis & a se etiam solutis pro rata suae medietatis, ergo tenetur etiam ipsa soluere vsuras durante matrimonio contractas pro rata suae medietatis.

¶ Sed quid si nihil lucrifactum est durante matrimonio, sed ipsa pro suo victu, & vestitu necessario, expedit bona mariti licite acquisita, & obnoxia restitutioni vsurari. Certe licet in hoc casu ratio Nauarri videatur persuadere, quod ad restitutionem nec ipsa, nec filij maneant potius obligati; tamen ratio in contrarium vrget, quia iubetur dotem regulariter afferre pro sui sustentatione, ut non timeatur iure naturali eam cum iactura creditorum suorum maritus alere. Tum quia non debet esse melioris conditionis vxor, quam vir, at ipse vir licet aliquando in causa grauis necessitatis, quando creditor ex dilatione necessitatem non patitur, possit suae subuenire necessitati, & ex bonis obnoxia restitutioni ali, non tamen sine obligatione restituendi cum constitutus extra necessitatem possit restituere ergo etiam tenebuntur similiter restituere liberi, & vxor id quod insumpsere etiam de licite acquisito a patre, obnoxio tamen restitutioni pro suo victu, & necessarioque vestitu. Et haec sententia Caietani est verior.

milior, & tutior quam Nauarri, licet sententiam Nauarri
 omnino damnare non ausim, ex prædictis autem patet ar-
 gumenta, quæ pro sua contraria attulit non esse adeo fir-
 ma, quare qui voluerit eam sequi me consule non faciet
 & quia forte de adducente dorem intelligit Nauarrus.

¶ Vltimò dico cum Caietano quia poterat tales vxor-
 es, & liberi anxari de peccato vsurpationis alieni, ad eo-
 rum scrupulosas conscientias quietandas, dico (inquam)
 quod etiam si extra casum extremæ necessitatis id faciant
 illæ personæ, quæ constitutæ sub aliena potestate, rebus
 trahuntur alienis vel obnoxius restitutioni, quia quasi co-
 actæ sic faciunt, non peccant mortaliter, quia possunt ex-
 culari à mortali præsertim vxor, & filij constituti sub iu-
 re paterno cum timore domini & solum pro necessariis,
 famentes cum animo restituendi quando poterunt, & de
 hoc creditor debet esse rationabiliter contentus, quo-
 niam si ipse in tali reperiretur casu, vellet sibi sic fieri, sic-
 que secum geri, ideo tales non videntur vti re aliena in-
 iusto domino secundum ordinem rationis. Si autem per-
 sona est sui iuris, tenetur potius mendicare, quam alie-
 num cõrectare nisi ex hoc maius malum immineret ext-
 remæ necessitatis animarum, & corporum proximorum.
 Sed vxor, & filij in tali graui necessitate possent vti reme-
 dio quo etiam gener secundum Nauarrum, scilicet quod
 si pater satis habet ad restituendas res certas, & multas
 incertas debet, in hoc casu possunt petere ab episcopo vt
 à iudice, de his incertis, quæ restituenda essent pauperi-
 bus, vt sibi non habentibus vnde alias sustententur ali-
 quid vt egentibus suppeditet pro necessario victu, & ve-
 litu, nam sic gener vsurarij in hoc casu, quo dos sibi da-
 ta erat vsurariè parta, si debita erant incerta, quæ paupe-
 ribus essent restituenda, inde ab episcopo vt à iudice pe-
 tere potest, si aliunde, non habent vnde alantur illa bona
 donata pro sua sustentatione & vxoris quæ pauperibus
 forent restituenda: ita Angelus & Syluest. ¶ nam alias
 dos data de alienis restituenda est, & quia illa dos de cõ-
 sensu vtriusq; restituenda est, si illa vult restituere illeq; nõ
 vult ipse tantum peccabit, si non restituatur, quia satis est p
 tunc vxori habere animũ eam restituẽdi, defuncto mari-
 to, quod si ipso volente restituere ipsa retractet, in ipsam
 8. q. 5.

n Nauar.
 Sum. Lat.
 num. 271.

o Angel.
 ver. restit.
 1. §. 20.
 Syluest.
 verb. vsur.
 8. q. 5.

K 2 tunc

tunc tota retorquetur culpa. Quod si ambo restituere renuant, ambo in eodem damnationis statu versantur. At quando dicimus (inquit Nauarrus) vxorem absque consensu & licentia mariti sui, dorem vsurariam, vel vsuras restituere non posse intelligitur quando ex tali restitutione scandalum sequitur & non quando absque huiusmodi scandalo id faceret.

272.

¶ De ministris vsurarium, curatoribus, negotiorum & scribis, debiti vsurarij petitoribus, pignorum seruatoribus, amanuensis, id est scriptoribus, & de notarijs publicis, & medijs interuenientibus.

CAP. LXXXII.

Porro de ministris vsurarium prolixius hic nobis dicendum erat, nisi supra in materia restitutionis de participanti in damno abunde dixissemus. Quare nihil superest, nisi quod gratia seruandi ordinis ea hic quantum iam dicta breuiter perstringamus. Et primum quod dicimus est, quod institor, negotiorum gestor tutor, aut executor habens potestatem ad negociandum, & dandum lib

arg. cap. rator habens potestatem ad negociandum, & dandum lib sicut non vsuris, & recuperandum eas, etiam si nomine suorum principalium recuperauit eas, vel dedit ad vsuras; tenetur restituere principalibus non restituentibus.

¶ Secundo dicimus de recuperante, & petente solentiam vsurarum ex parte heri vsurarij quod dum vsus ad

Syuest. habuit ex officio, sed semel, aut bis missus est simpliciter ab hero ad petendam solutionem vsurarum, qui non

7. q. 4. stauit petendo, nec minatus est, nec eas vi, aut executione iustitiæ exegit: sed tantum petitionem simplicem proposuit ex parte domini, non tenetur restituere ratione

6. r. art. 7. superius dicta, quia non fuit tam efficax causa, cum solum

c. Nauar. semel aut bis petitionem ex parte domini proposuerit tantum neque perrexerit esse molestus in petendo.

e. 17. num. ¶ Tertio dicimus de executore mero, qui solum petitionem dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit

d. Sotus de est dubium inter Caietanum & Nauarrum & fratrem Iosephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Sylu

lib. 6. q. 1. strum, & Sotum & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, frater Iosephus obligat eum ad restitutionem. At Sylu

art. 4. & Sotus